

legimus, quod eorum corpora vel
 ossa oleum stillent. Eae quibus
 fuit primus sanctus Demetrius
 martyr in Grecia, quem sancti
 Dionisii Areopagite fratrem
 carnalem fuisse legi. Huius sum-
 ma tantum oleum fundere dici-
 tur et ecclesia illius tota ex
 eodem oleo ^{illumini} ~~illuminatur~~ ^{ur}. Et sicut
 audivi pene nulla domus est in
 Grecia, que eodem oleo careat, pro
 remedio sanidatum illud reser-
 vans. Nam cum Constantino-
 polis vastata esset, nobis de
 eodem oleo in vasculo argenteo
 ymaginem ipsius martiris
 habent^{te} impressam delat^{um} est.
 De sepulchro etiam et ossibus
 sancte Katherine virginis et
 martiris oleum emanare nemo
 dubitat. Tertius in hoc privi-
 legiatus est beatus confessor
 Nicholaus Myree civitatis
 epis copus. Quartam tante
 glorie consortem habemus
 sanctam Elizabeth viduam.
 Sicque deus universos ordi-
 nes ecclesie honorare digna-
 tus est. Pro martyrum ordi-
 ne etiam apostoli et conju-
 gati comprehenduntur, eo
 quod pene omnes essent uxora-
 ti et martyrio coronati. Si-
 cut audivi a quibusdam tra-
 ctibus domus theutonice in Mar-
 burga oleum de pedibus sancte
 Elizabeth maxime stillat;

illud^{us} ? [illuminatur]
 ut 87. 581.

+ remedia in 1. h. p. [remedio]
 p remedia 87. 16.

+ 10. 12. h. p. hns aut hntc
 [habens impressam, delata per delatu
 delatum est] 87. 16. u. delatum
 Katherine

+ 10
 myrree

hns Attey